


FULLER
PHARMA
STEMPOF

A
47
113





0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16

G-4-6



G-4-6

BIBL

REAL


A

047

113

C. H^e de la Farm N° 149





(3)
THE SAURUS
LUDOVICIANUS

SIVE
COMPENDIUM MATERIAE MED.

Selectum
EX B. LUDOVICI
PHARMACIA,


Moderno seculo applicanda; & editum olim
ab Anonymo Francofurti ad
Moenum.

Nunc autem denud.

Recensitum exactissime, Notis, Dosibus, & Indicibus
necessariis illustratum

Opera & studio

WOLFGANGI CHRISTIANI, D. M.



VENETIIS, MDCCXLI.

Apud Jo: Gabrielem Hertz.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

THE SAURUS
TYPOTOCIANUS

Одна из первых книг
о химии в русском языке
издана в 1770 году
в Амстердаме
Андреем Ганнибали.

много писалось о химии в то время
и это было неудивительно, что
все это было напечатано на
одной из первых книг о химии

издана в Амстердаме
в 1770 году
Андреем Ганнибали.

Все это было напечатано на
одной из первых книг о химии

издана в Амстердаме
в 1770 году
Андреем Ганнибали.


Все это было напечатано на
одной из первых книг о химии



PRÆFATI O.

QUOD ante annos aliquot Francfurti ad
 Mænum prodierat COMPENDIUM
 MATERIÆ MEDICÆ LUDOVICIA-
 NÆ, exhibetur tibi hic denuò L. B. sed
 iis nominibus auctum, quæ titulo expressa
 habes. Videram nempe, opusculum hoc præ-
 cipue in gratiam Juniorum Medicorum esse
 concinnatum, tanquam Vademecum, ubi in
 promptu haberent selectissima & facillima
 remedia ad morbos quoqvis : hinc omnino
 necessarium duxi adiicere eorundem dosin,
 quæ Tyrones maximè tenet perplexos. Por-
 rò nec inutile nec ingratum fore putavi,
 si adderetur Index specialior Virtutum, in
 quo protinus & uno eodemque obtuitu re-
 perire possent Philiatri, quod è re sua fo-
 ret. Sed cùm Index ipsorum Remediorum
 non proficius tantum, sed planè necessa-

⁴rius esset, eundem disposui per Classes Of-
ficinales, ut typi loco inservire posset, il-
lis, s. Medicis s. Pharmacopœis, qui Dis-
pensatorium aliquod juxta hanc normam
constituere vellent. Denique cum Author
noster in Pharmaciæ suæ Appendice etiam
Myrothecii portatalis exemplar nobis reli-
querit, ejusdem Ingredientia passim in hoc
Compendio sparsa asterisco notavimus. Hæc
sunt, quæ de instituti nostri ratione nosse
tua intererat. Vale.



P U R G A N T I A

V E G E T A B I L I A.

JAlapii Radix in pulveribus à scr. i. ad drach. i. pro hydragogo & phlegmagogo.

* Resina [a] ejusdem s. Magisterium decenter dilatatum pro delicatioribus. à gr. iv. ad gr. xv.

Aloe selectior, Soccotrina vel Hepatica, [b] à quif quiliis & resinositate sua aqua simplici sollicitè seque stranda & in vaporis balneo ad pilularem consisten tiā evaporanda. scr. sem. ad unum.

Liquor ejusdem, cum salis essentialis vel alcali tartarei aliquota parte, de quo sub titulo Laxantium.

Sena recens, in decoctis tartaro puro, in infusis al cali aliquo corrigenda. Sumitur hac forma à drach. ii. ad drach. vi.

* Extractum simplex, subtriplo vel subquadruplo ad folia saccharo conditum pro mollioribus liquidisque formulis, drach. semi. ad drach. i.

Scammonium. Stimuli loco ad gran. ii. iii. pro basi ad scrup. ℥.

A 3

* Pul-

(a) De præparatione huius resinx, ejusdemque debita dilatatione vid. Collectan. Chym. Leidens.

[b] Prolixiorem hujus processus descriptionem vid. in iisdem Collectan.

* *Pulvis ejus polychrestus*, santali vel papaveris erratici tintura coloratus, compluribus formulis mixtu præ magisterio aptior, mucagineam tamen & ferè rodentiores scammonii partem unà retinens, quam si quis veretur, in promptu est.

Magisterium. sive *Pulvis Syrius officin.* ardente spiritu aut aliis additamentis non conglobantibus probè dilatatus. Dosis utriusvis à *scrup. sem.* ad *gr. xv.* [*]

Helleborus niger verus. Radix & folia.

Dosis à *scr. i.* ad *scr. ii.* in *Infuso à drach. i. ad unc. sem.*

Extractum ejus, aqua simplici, parùm priùs alcali aliquo tartareo vel nitroso exaltata paratum. *scrup. sem.*

Colocynthidis extractum, aqua simplici, *sal. tart.* tantillo alterata parandum, & stimuli loco cæteris addendum. *gr. ii. v.*

Rhabarbarum pulverisatum, cum, vel sine tartaro *drach. i. ad drach. i. sem.*

* *Tincturam ejusdem*, cum alcali alicujus subtriplo & aquæ hepaticæ spirituosisioris sextuplo conficienda, Dosis ad *cochl. aliquot.*

Gutta Cambodia per se, paucis olei alicujus destillati vel spiritus acidi guttis alterata. à *gr. v. ad xiii. vel*

Magisterium commune, aut santalo papavereve tintum, vel potius adhuc

Pulvis, ad modum pulveris polychresti scammoniati extractus. Dosis utriusvis *scrup. sem. ad sumnum.*

Euphorbium à *gr. v. ad scr. sem.* Nobis potius pro errhino usurpatum, in quem finem ejusdem *drach. sem.* in aq. font. *libr. sem.* coquimus, & colaturam naribus illiniimus vel attrahimus. Inservit etiam Chirurgis, ad compescendam ossium cariem, si iisdem illinitur vel aspergitur.

Pulvis purgans. *scrup. i. ad ii.*

* *24. rad.*

(*) Qui curiosis & elegantibus dicitur præparationibus, habeat sibi scammon. rosat. Salzy vedelianum F. F. f. Rubinum vegetabilem.

* *U.* Rad. jalap. part. iv. magist. ejusdem vel scammon. p. i.
nucis moschat, vel olei ejusdem parum. M.

Pulvis purgans in febribus scr. i. ad ii.

* *U.* rad. jalap. part. ii. antimonii diaph. non edulc. p. i.
Vel :

U. tartar. puriss. pulv. jalap. an. part. ii. resin. scammon.
part. i. M.

Pilulæ purgantes pro tenerioribus & Hypocondriacis
scr. i. ad drach. sem.

U. jalap. pulver. scammon. vel ejus res. an. q. v. M. c. aloes
depuratæ diluto. f. Massa Pilul.

Vel :

U. jalap. pulver. resin. ejusdem vel scammon. extr. helleb.
nigr. vel coloc. vel aloes depur. an. q. pl. M. f. Massa Pilul. (*)

Morsuli purgantes.

U. jalap. pulv. drach. sem. crem. vel acidi tartari scrup. ii.
resin. scammon. scrup. sem. sacch. albiss. in ag. ros. sol. unc. semi.
M. f. l. a. Morsuli, conspergendi, dum effunduntur, succo
oleoso corr. citri Dosis à drac. i. ad ii. iii.

Electuarium vel Bolus fit simplicissime ex prædictis pul-
veribus vel resinis, cum conserva rostarum, aut alio
quodam rob subactis.

Liquor purgans parari potest è magisterio jalapii vel
scammonii, aut utriusque ana; soluto in duodecuplo S.V.
mediocriter rectificati. Dosis à drac. i. ad ii. edulcor. tem-
pore usus, per essentiam liquiritiae vel papaveris erratici.

Emulsiones ac potionis purgantes ex tempore parari

A 4 pos-

(*) In hanc classem adhuc refertur extr. panchymago-
gum, quod Author pro myrothecio portatili requirit:
et que juxta Augustanos sequens:

U. Scammon. drach. ff. rhab. electi, sem. ebuli an. drac. iii. co-
locynth. drac. v. agar. opt. drac. iii. ff. turbitb. gummosi, hermodactyl.
an. drac. ii. ff. veratri nigri drac. ii. fol. senn. unc. i. S. V. q. f. stent.
simil in infusione loco calido & exprimantur; in express. dissolv.
aloes socotrin. unic. i. ff. filtr. & S. V. abstr. ad debitam consisten-
tiam. Dosis à scrup. ff. ad drac. ff.

possunt, si resinæ jalapæ vel scammonii singulæ doses cum duabus vel tribus excorticatis amygdalis conterantur, addita aqua rosarum vel acaciæ, & si lacteus color displicet, syrupo papaveris erratici. Vel ex jalapii solitarii, aut quarta magisterii parte acuati dosi, cum essentiæ ribium vel cerasorum saccharatæ drachmis duabus vel tribus, & æquali quantitate aquæ rosarum aut acaciæ.

Vinum purgans fit simplicissimè infundendo per noctem, aut 24. horas, folior. senæ drach. iii. aut iv. cum nitri fixi antimoniati scrup. i. vel drach. sem. & tantillo aromatum vel radicum alterantium acceptiorum.

L A X A N T I A.

Pilulæ laxativæ.

* *Q.* Aloes select. q. v. Pulverisatæ affunde aqu. viol. ad eminentiam quatuor digitorum, & digere in loco calido per triuum. Hunc processum toties repete, donec aqua amplius ingiri recuset, tunc tinturas omnes evapora usque ad consistentiam mellis, quo facto, adde succi violarum ana & coque invicem usque ad consistentiam Mass. pilul. Habebis pilulas illas decantatas F. F. Adhibentur maximè hora somni à scrup. sem. ad i. manè continuatis pro exigentia affectus tinturis & essentiis martialibus, hysterics, cephalicis &c.

Dilutum aloeticum laxativum. Solve pilulas laxantes cum suboctuplo salis tartari communis aut essentialis, vel etiam nitri fixi in sex partibus aquæ alicujus spirituosoris, v. g. absynthii, aut alijs competentis.

Infusum senæ laxativum, in modum vini purgantis pauclo ante descripti. (*)

Potiuncula laxativa, ex jalapæ granis aliquot cum s. q.
aq.

[*] Ita. v. g. *Q.* Passul. min. lib. ff. fol. sen. f. f. unc. i. ff. cort. citrin. cinam. an. unc. ff. crem. tartari drach. vi. sem. coriandri drac. ii. contus. minutim, affunde vini albi veteris, aut pro abstensis aq. font. lib. vi. reponere ad digestionem per diem & noctem, postea recipe manè & vesperi de colatura haustum modicium.

aq. ros. vel acaciae, & essentia fructuum acidulorum sub semunciali dosi: vel ex extracto senae, in iisdem aquis diluto, accendentibus abstensivis tartareis, antimonialibus, martialibus.

Pulvis laxativus, ex pulv. jalap. gr. iv. vi. vel viii. solitariis, vel tartari puri scr. i. circiter sociatis.

Pulvis laxativus Infantum scr. i. ad drac. ff.

* *Q. C.C. finè igne præp. part. iii. pulv. jalap. p. i. M.*


Clysteres emollientes & anodynæ domestici, parandi ex lacte aut juscuso carnis vitulinæ decoct. cum fl. chamom. herb. malv. parietariae &c. melle.

Suppositoria variæ generis, è lardo, sapone, frusto candæ, adipe, ficu, melle vel alumine paranda, & pulv. jalapi acuenda.

2. Mineralia.

Mercurius crudus, à scr. i. ad drac. i. cum duplo facchari subigendus ad lumbricos pro Infantibus.

* *Dulcis*, è crudi & sublimati ana præterpropter semel tantum sublimatus, calidaque postea elotus, purgantium pilularum mediocri dosi (ad gr. vi. aut. scr. ff.) ex tempore addendus.



VOMITORIA.

Iris Florentina, pro infantibus recens natis, aut aliquot septimanarum, quibus ad gr. iii. iv. ve data vomitum excitat.

Antimonium, unde

Crocus Antimonii vel metallorum fit, ex Antimonii & nitri ana detonatione in crucibulo, vel, pro salvando clystiformi spiritu, in retorta perforata, & subsequa edulcoratione, unde nitrum fixum habetur.

* *Tartarus emeticus*, è croci metallorum & tartari purioris ana, in duodecupo aquæ fontanæ calidæ per triduum in

in loco tepido infuso, cocto, mox filtrato ac ad dimidium exhalato, ut intra diem & noctem crystalli emeticci accrescant, quorum dosis est à gr. i. ad iii. vel iv. durissimis v. vel vi.

* *Oxyfaccharum emeticum*, è croci metallorum scr. viii. in aceti unc. x. per triduum digestis, filtratis, ac cum ana facchari in syrump per simplicem solutionem mutatis, denique, si lubet, essentiae papaveris erratici drachma una tingendis. Dosis pro addultis est à drac. ii. ad unc. ½. infantibus trimestrib. gr. ii. anniculis gr. vi. ad viii.

Syrupus emeticus, è croci metallorum drac. ii. in succi rubi idæi lib. i. in loco calido tamdiu digestis, donec succus fermentativum suscipiat motum; postea filtratis, &c. s. q. facchari in syrump inspissatis. Dosis ut oxyfacchari præcedentis.

Turpethum minerale, è Mercurio sublimato, methodo Zvwölffteriana in aqua calida soluto, & per ol. tartari præcipitato, tandemque edulcorato, & siccato. Dosis est à gr. iii. ad. vi.

Mitius Emeticum Mercuriale fit ex tartari emeticci aut Mercurii vitæ dimidia dosi [gr. ii. ad iii.] cum Mercurii dulcis proportionata quantitate (gr. x. ad xi.) robustioribus exhibenda.



DIAPHORETICA.

I. Vegetabilia.

Lignum Guajacum cum cortice suo intermixto, pro de-
cocto antivenereo.

* *Camphora*, à gr. iv. ad scrup. sem.

* *Essentia ejusdem*, cùm S. V. alcholisato, campho-
ræ subtriplum absorbente paranda, & tincturis succini
atque castorei in hysterica passione; aut aquis nervinis
ad externos in defluxionibus usus ex tempore specificanda.
Dosis à gutt. vi. ad xii. imò urgente necessitate cochl. i.

Angelica nostras, vel *Carlina*, ser. i. ad ii.

Oleum alexipharmacum compositum, ex angelica, car-
lina, petasitide, & aliis congruentibus vegetabilibus,
ut junipero, cort. citri, ruta &c. destillandum. gutt. x.

Extractum alexipharmacum, è prædictis solidioribus
radicibus, cum accessorio ex animali mineralique regno
ex tempore combinatum, loco antidoti. scrup. sem. ad
drach. sem.

Helenium, in substantia ad drach. sem.

Essentia ejusdem, è magmate, quod aqua simplici,
nitri fixi suboctuplo ad radicem acuata, in Vaporis bal-
neo colligitur, per sextuplo S. V. rectificati sequestran-
da, gutt. x ad xx. cochl. 1/2.

Rute oleum Destillatum, promptè, si lubet, in balsa-
mum redigendum. Dosis olei intius est à gutt. vi. ad x.
balsamum nonnisi exteriùs usurpatur.

Myrrha polychresta, ad usus internos selectior. scr. i.
ad drac. i.

Essentia ejusdem liquida cum quadruplo nitri fixi, &
spiritus ardantis octuplo parata in usus hystericos. Dosis
infant. gutt. ii. ad. vi. adultis gutt. xv.

Ex-

Extractum cum S. V. factum. scrup. sem.

Aqua aliquia pro vehiculo diaphoreticorum, v. g. fumarie, cum pauxillo S. V. pro meliori conservatione, destillata.

Sal fixum è millefolio, absynthio, artemisia, vel solitarium, vel simultaneum, sive pure lixiviosum, sive aliqualiter sulphuratum, addito nitri & fl. salis ammoniaci singulorum subtriplo facile in sal febrile mutandum. scr. sem. ad drac. sem.

Scordium.

Gentiana.

Juniperi bacce, earumque Rob.

Oleum, è baccis non fermentatis destillandum. gutt. iii. ad vi.

Zedoaria, Fraxinella vel Asclepias, antidotis, tinturis vel essentiis adiicienda.

Scorzonerae extractum saccharatum, gravioribus & acidulis fructuum cordialium essentiis superaddendum.

Sambuci rob, pro plebejorum sudationibus.

* *Tinctura Bezoardica, ex antepositis paucis radicibus, cum myrrha, croco, ac, si lubet, aliquota pulveris viperini parte proportionaliter conflata, & pro unc. x. totius, opii drac. i. cum portiuncula castorei, exaltata, ac S. V. octuplo infusa, tandemque filtrata. gutt. xxx. ad Lx.*

* *Mixtura simplex sive spiritus diatrion, ex tinturæ bezoardicæ communis, & drac. ii. essent. camph. prius exaltata, unc. x. Spiritus Tartari unc. viii. & Spiritus Vitrioli subtilioris unc. ii. paranda, & essentia papav. errat. coloranda. Dosis est à gutt. xxx. ad Lx.*

* *Tartari Spiritus, è Tartaro crudo, cum ana aluminis, crudi vel usci, destillatus, penetrantissimus, etiam non rectificatus. scr. i. ad ii.*

Oleum, minus fœtens, per cineres rectificandum; balsamicum pro gregariis in contusionibus resolvens ac nervinum.

Acetum bezoardicion, ex simplicibus antedictis param, vel etiam rutaceum, succo citri conditum, pro cura-

curativo & præservativo in malignis. cochl. i. ii. iii.

Balsamum sive oleum loimicum, ex succini, juniperi, rute oleis destillatis, inter se, vel cum camphora insuper, aut balsamo sulphuris mixtis, gutt. iii. v. ad x.

Eleosaccharum alexipharmacum, ex oleis prædictis cum saccharo facile parandum.

Electuarium diaphoreticum sine Bolus fit, si radicum aliquot, gummatum, imò pulveris quoque viperini vel columbrini, sulphuris, terræ sigillatæ, aut consimilium lib. i. præterpropter, addantur aromaticorum, croci, cinnamomi, cardamom. vel caryoph. conjunctim drach. ii. opiique crudi selectioris unc. v. vel extracti ejus spissi drach. iii. ac totum hoc mellis simplicis, vel juniperini triplo excipiatur, post fermentationem etiam oleis supradictis, usus tempore, pro re nata, exaltandum. Porro singulæ doses (quæ sint à dra. i. ad ii.) extracto aliquo alexipharmaco aut antidyenterico (competenti aliquo menstruo antea præparato) specificari; vel camphora, ejusve essentia, aut floribus salis armoniaci ac consimilibus volatilibus facile (pro indicationum ratione) determinari; aut denique martialibus sive jovialibus estimulari poterunt, & ita in malignis quibusvis diaphoreticum habebis certissimum.

Trochisci sublinguales ex supradictis parabiliорibus.

* *Pulvis bezoardicus*, ex C.C. Philof. præpar. part. ii. terræ sigill. unic. fossil. an. p. i. qui exaltari potest per antimonialia, jovalia, sulphurea, cinnabarina, columbrina, opiate, pro singula dosi, (quæ sit à scr. ss. ad drac. ss.) ac non solùm adultis, sed & infantibus propinari in caloribus, vagis & permanentibus, exanthematis, variolis & morbillis non adeò malignis, convulsionibus, terroribus, torminibus & clamorosis inquietudinibus.

* *Pulvis antipleuriticus*, ex ossium capitis lucii piscis part. ii. sanguinis hirci ritè tractati, & sulphuris citrini an. p. i. confectus, absque prævia V. S. & finè postmodum vel cum pauxillo opii (præmissa tamen in ferociori malo mix-

mixtura simplici, & interpositis expectorantibus liquidis) bis vel ter, à drac. ss. ad i. exhibendus; quo facto, cura invertentibus cancerinis & corallinis pulveribus; aliquantum, aut nihil opiatis concludenda est. Idem pulvis in febribus continuis ac malignis plerisque citrā V. S. laxationes & clysterisationes [malo priū per mixturam simplicem, in vomitu symptomatico aliquot guttis tinteturæ anodynæ fortificandam, vel spiritum C.C. infratio, si paulò vehementius fuerit] residuum materiæ morbificæ promptè subigit, intercalato ad fiticulositatem spiritu salis, clyso, aut rore minerali in potu, vel nitro, si vomitus & diarrhoea absint; in anxietatibus autem electuario alexipharmaco, vel mixtura simplici in tertiana aut subquadrupla dosi: & demum in naufeas, diarrhoeis, vigiliis ac inquietudinibus, laudani aliis associati circiter gr. i. ante & post morbi statum, urgente necessitate, tutissimo, sed in Hungaricarum exquisitarum fervore noxio, & nonnisi in declinatione, ubi omnino requiritur, exhibendo.

2. Animalia.

* *Concharum oblongarum Pulvis*, solitarius, aut cum cinnabari nativa, pulvere anodyno mixtus: Item fal febrile supra præscriptum, in febribus tertianis & quotidianis intermittentibus post catharticum, præsertim emeticum, proficuum, ut in quartanis Spiritus volatiles opiatis combinati curam absolvunt.

Cornu cervi, sponte deciduum, aut satis maturum.

Philosophicè per cocturam in aqua simplici paratum, bonum

Pulvis iste non solum in febribus hic memoratis strictè, sed & præterea in ebullitionibus & præfocationibus præcordialibus, in morbis fluidis, aliisque stomachi & intestinorum exotericis acoribus &c. solitariè, vel cum corallinis, cancerinis, martialibus, aut cinnabari nativa proficuus est. Dosis scrup. i. ad drach. i.

num in malignarum statu temperans. *scrup. ff. ad i.*

Ustum, ex Spiritus destillati residuo, leviter denuò calcinato. *scrup. ss. ad drach. ss.*

* *Spiritus*, cum affus. quadruplo S. V. rectificandus, penetrantissimum in malignis plerisque alexipharmacum & soporosis affectibus cephalicum; extus quoque sale volatili dispensatu semper commodior. *scr. ff. ad scr. i.*

* *Magisterium*, è cornu raso, per spiritum nitri soluto, & post mediocrem hujus abstractionem, aqua simplici edulcorato, pro infantibus & pueris, in quorum potu penè insensibiliter diffundit. *sc. ff. ad gr. xv.*

Vitriolatum, sive ustum, cum ana spiritus vitrioli rectificati imbibitum, ac sponte siccatum; ad alterandum, & in fluidis affectibus, ad subadstringendum aptissimum. *scr. ff. ad gr. xv.*

* *Viperarum Colubrorumque pulvis simplex*, floribus salis armoniaci, vel oleo quodam destillato (a) conditus, ac *Bezoardicum animale simplex* dictus; contra sui generis venenum præservatoriè plerumque parum, contra natricum morsus nihil, curatoriè vero hic, & in aliis venenis multum potest. In extremè tamen malignis & intermittentibus febribus parum hucusque juvit; neque multò plus præstitit in psora inveterata & dispositionibus leprosis, ubi saepe cutaneos ardores intendit, & tinturis antimonii atque corallorum, nec non præcipitantibus insipidis, nitro &c. cedit. Dosis ejus est à *drac.* *ff. ad drac. i.*

* *Pinguedo*, super ignem frigendo à crassamentis separata, in puncturis nervosarum partium atque synoviis, barycoja, & oculorum, etiam rubentium, pustulis profundisque vulneribus, si guttula ejusdem bis vel ter de die instilletur, singulare remedium est. Loco hujus, si deficiat, substitui potest *hepar mustelæ piscis*, super ignem lentum liquatum.

Scor-

(a) Ne nempe tam citò à vermibus corrodatur.

Scorpionum oleum simplex, per infusionem horum infectorum in oleo olivarum paratum, ad morsus serpentum, ictus scorpionum, aranearumque & conspurcationes bufonum.

* *Urina spiritus*, ex sale armoniaco, cum sale tartari, aqua simplici vel S. V. dilutō, vel cum calce viva destillatus. *gutt. iv. ad xv.*

Sal armoniacum fixatum, ex spiritus præcedentis cum calce viva facti capite mortuo elutriatum, & facile in liquorem *nephriticum* redigendum, cuius dosis est ad *gutt. vi.*

Sal Hypochondriacorum fit, dum è spiritus urinæ cum sale tartari confecti capite mortuo elutriatum & coagulatum sal per retortam iterum destillatur, & hujus residuum caput mortuum S. V. denuò extrahitur, huicque liquori falsissimo spiritus vitrioli instillatur, unde præcipitatur coagulum acidulum instar magisterii plumosi splendens, quod bonum est aperitivum. *scr. §. ad scr. i.*

* *Spiritus salis armoniaci acidus*, ex spiritus urinæ & salis armoniaci cum sale tartari parati residuo, spiritu vitrioli perfuso, per retortam in arena destillatus, præcedentis laboris est parergon. Spiritus autem *salis armoniaci urinosus*, præter usus internos, etiam suos habet externos in obstructione mensium, ubi illius vapor per tubulos vitreos utero excipitur. Item in aurium tinnitus ac surditate, quam vapor hujus spiritus, cum oleo tartari subito guttatum confusi, per vitrum colli angustioris in aures receptus solvit. Urinosi dosis internè est à *gutt. vi. ad x. acidi à gutt. iii. ad xv.*

Luccii piscis ossa quæque ex capite, ut & truttarum linguæ intermixtae & congenerum piscium dentatorum ossicula, absque cartilagine pulverisata, materiam acidam vel acrem in primis viis, & circa ipsam pleuram, modo supra (a) exposito invertentia.

Hirci

[a] pag. I. & 14. ubi agitur de pulv. antipeuritico, & concharum oblongarum.

Hirci sanguis, cum sero suo in vaporis balneo, circa combustionem debitè exsiccatus, in casu ab alto & pleuritide sanguinis coagulum resolvens. drach. i.

3. Mineralia.

Terra sigillata quæcunque selectior & rubra, illota, purior tamen, etiam absque impresso sigillo, experientia comprobata. drach. $\frac{1}{2}$. ad drach. i. $\frac{1}{2}$.

Unicornu fossile, compactum, neque per subterranea aliena erosum vel corruptum scr. i. ad drach. i.

* *Antimonium diaphoreticum*, per unicam & simultaneam cum nitri triplo calcinationem & subsequam edulcorationem (nisi parti, ulam pro purgantium stimulo seorsim asservare placeat) paratum. scr. $\frac{1}{2}$. ad drach. $\frac{1}{2}$.

* *Bozoardicum minrale*, si à mercurio vita vel croco antimonii, vel etiam à sulphure aurato antimonii sextuplum spir. nitri optimi ad siccitatem usque abstractatur; vel denique ex butyro antimonii cum spir. nitri præcipitato, subsidente pulvere dein aqua calida edulcorando. Sudorem movet, per se vel cum cervinis exhibitum. gr. v. ad xv.

Diaphoretici solaris vel *lunaris* loco singulis bezoardi ci hujus vel antimonii diaphoretici dosibus dimidium & ultra cinnabaris nativæ adiiciatur.

* *Diaphoretici martiale*, si mars prius cum ana antimonii per continuas agitationes in scorias redigatur, ac postea cum nitri part. iii. successivè detonetur. Utiliter exhibetur in ictero, scabie &c. scr. $\frac{1}{2}$. ad drach. $\frac{1}{2}$.

Sulphur antimonii, ex antim. crudi, cum sale tartari vel nitro fixo calcinati tinctura, S.V. rectificato extracta & instillatis acidis præcipitata subsidens, acetii destillati, vel alterius cuiusdam acidi abstractione fixatum, in cachexiis contumacioribus solitariè vel cum præcipitantibus diaphoreticis, cinnabarinis &c. datum. gr. v. ad xv.

Tinctura sulphuris antimonii, per spiritum salis tartari

facta , vel , si acidam cupis , è croco antimonii , aut sulphure solari per acetum destillatum forte , aut spiritum æruginis primū , & hoc abstracto , denud cum spiritu ardente extracta : vel compendiosius ex sulphure aurato antimonii cum duodecuplo aceti simplicis digesto , & post evaporationem cum spir. vini extracto , parata . In humorum impuritatibus , cachexia , scabie &c. gutt. v. ad x.

Butyrum antimonii , è mercurio sublimato & antimonio crudo , adjecto uno alterove cochleari aquæ fontanæ , destillatum ; quod cinnabarin antimonii , spiritum vitrioli philosophicum , [qui paratur , si octuplum vel decuplum aquæ frigidæ butyro antimonii affundatur , & filtretur] mercurium [præter vivum purissimum] vitæ , in bezoardicu mineralē , vitrum , regulumve commodè redigendum fundit .

* *Cinnabaris antimonii* , ex antimonii crudi & mercurii sublimati ana lib. i. ad unc. iii. aut iv. per destillationem igne minùs intenso , habenda , loco nativæ usurpari , vel eidem associari aliiſve diaphoreticis permisceri potest , uti præsens symptomatum concurrentium deletarium . gr. vi. xv.

* *Cinabaris nativa* selectior non tantum diaphoretica notabiliter exaltat , & epilepsiam (etiam recens natorum) sedat , sed & hystericali n , colicorumque termina (ne opiatis quidem placanda) vertigines , arthritides vagas , dentium aliarumque partium nervosarum dolores , cutaneosque affectus complures , solitaria , vel præcipitantibus aliiſve specificis sociata lenit & tollit . In phantasie insuper vitiis , morbillis , petechiis &c. plurimum confert . gr. iii. ad viii.

Sudoriferum maximum Joviale P. Fabri habetur , si saltem amalgama ex ana Jovis Anglii & mercurii vivi paratum , pulverisatum , & cum ana sublimati probè mixtum in retortula igni arenae mediocri (indito in recipiens aq. simplicis ad pondus omnium ingredientium sub quadruplo) subiicitur ; liquor , statim & vix horæ spa-

lio transiens residuo in retorta assunditur, totumque calfactum ac probè agitatum per emporeticam duplensem madidam filtratur; quod charta hic absorbit, una alterave aquæ simplicis uncia, postmodum transcolata, quasi eluitur; adiecta pro singulis ingredientium primitivo-rum (mercurii scil. vivi, sublimati, & stanni) libris, nitri crudi unc. 1. & omnis liquor ad extremam usque guttulam atque totalem nitri exhaustionem per arenam, igne sub finem forti, destillatur, unde pulvis edulcorandus in fundo relinquitur, qui ad gr. vi. aut x. satis, neque tamen adeò hyperbolice diaphoreticus & *antibacterico* Posteriori, per simplicem reguli (ex antimonio stannoque per fusionem parati) calcinationem, cum triplo nitri, confecto superior est.

Aurum crudum subtilissimè limatum.

* *Argenti fini ex aqua forti muria præcipitatum magisterium*, per se vel cum martialibus datum. gr. v. ad vi.

Tinctura ex hoc magisterio, per spiritum salis ammoniaci vel spiritum salis tartari parata. gutt. iv. ad x.

Sulphur crudum selectius, extra vulgares in quibuslibet malignis, tabidis, obstructis &c. abusus, euportion polychrestum, pulveri pleuritico vel bezoardico, aliive cuidam gratiori in febribus catarrhalibus epidemicis, Hungaricis nonnullis, aut magè pestilentialibus addendum. scr. 1. ad drach. 1.

Lac ejusdem, ex sulphure crudo, cum aqua calcis vivæ percoquendo aut alcalibus illiquando, & postmodum urina præcipitando confectum in bronchiorum infarctu prodest scr. 1. ad scr. i.

Balsamum sulphuris terebinthinatum, ex tempore, si lubet, oleo destillato fœniculi vel anisi exaltandum, & pro re nata quoque cafurandum. Fit autem vel è crudo sulphure, sub proportionali ad solvens pondere per simplicem in retortula dissolutionem; vel etiam ex hepate sulphuris, quod ex sulphure & plusquam ana salis tartari simul futis paratur. gutt. v. ad xv.

Balsamus sulphuris externus, cum hyoscyami, papaveris,

veris, aut amygdalarum oleo è crudo sulphure per li-
quationem paratus, & pro lubitu camphoratus. Inser-
vire potest pro *esplastro diasulphuris*, quale simpliciter
fieri potest è pice futoria & sulphure pulverifato in-
sperso.

Aqua calcis vivæ sulphure saturata bonum quidem sed
circumspectionis indigum est topicum, ne in sui similes
salinos humores incidens æquè ac oleum tartari cum
amygdalino concussum, malum potius augeat.

Pulverem pectoralem sulphuratim vide infra.

* *Flores salis ammoniaci urinosi*, de sale tartari vel
nitro fixo sublimati. gr. v. ad xv.



DIURETICA, LITHONTRIPTICA

aliaque

APERIENTIA ET DETERGENTIA.

I. Vegetabilia.

Tartarus *selectior* & quasi per se crystallisatus. drach. $\frac{1}{2}$.
ad drach. i.

Acidum tartari, semel tantum considerateque depuratum. scr. $\frac{1}{2}$. ad scr. i.

Tartarus martiatus, extemporaneus, per vitrioli martis cum acido tartari commixtionem. gr. v. ad xv.

Saltartari fixus, ex spiritus capite mortuo, etiam ulterius non calcinato, per elixivationem secretus. scr. $\frac{1}{2}$. ad drach. $\frac{1}{2}$.

Tartarus vitriolatus, parergon plurium præcipitationum; vel communi more persalis tartari cum spiritu vitrioli saturationem; vel si tartaro tartarisato in aqua soluto similiter spiritus vitrioli instilletur, ac totum hinc debite coaguletur. gr. vi. ad scr. $\frac{1}{2}$.

Tartarus tartarisatus, ex salis tartari part. ii. & tartari purificati part. iii. paratus, s. per se detur, s. potius in S. V. solvendo in *tincturam diureticam*, interdum semi-laxantem, redigatur, quæ loco cuiuscunq; tincturæ tartari esse potest. Dosis hujus tartari est in forma sicca à scr. i. ad scr. ii. in forma tincturæ ad gutt. xxx.

Saltartari essentiale : fit aſſuso duodecuplo vel ſe-
decuplo aceti deſtillati ad perfectam ſalis tartari ſatura-
tionem & unica S. V. abstractione ; vel in forma liquida,
ſi cum aceto deſtillato , & ſale tartari eodem modo pro-
cedatur , & magma reſiduum ſpiritu vini ſolvatur . Alias
ſal ſiccum , ob facile deliquium in duplo aquæ alicuius
deſtillatæ vel ſpiritus ardentis (ſimplicis aut appropria-
ti) vel etiam elixir proprietatis ſine acido diſſolutum ef-
ficacem iſtit *tincturam ſpleneticam* & *nephriticam* , per ſe ,
vel cum aliis , alcalinum conſortium ferentibus exhi-
bendam . Dofis ſalis eſt à ſcr. ℥. ad drach. ℥. in forma li-
quida à gutt. x. ad gutt. xxx. *Tincturæ* ad gutt xx.

Spiritus ſalis tartari & ejusdem *ſal volatile* : fit ex ſale
tartari vel fæcibus vini poſt ſpiritus deſtillationem calci-
natiſ , & cum ana aluminiſ crudi vel potiū uſti deſtilla-
tis : vel habetur ex oleo tartari nigro , cum ſale tartari
aliquandiu digesto ; vel è tartario crudo cum alumine de-
ſtillato ; vel denique è fæcibus vini exſiccatis deſtillatio-
ne per arenam elicitur & poſt rectificationem ſuper ſal
tartari cum pauxillo S. V. graveolentiam nonnihil exuit.
Bonum diureticum , diaphoreticum atque reſolvens .
Dofis ſpiritus eſt à gutt. x. ad xxx. ſalis à gr. iii. ad ſcr. ℥.
aut i.

Oleum tartari nigrum , de quo ſuprā .

Terebinthina noſtras , intùs quoque , ſi certi caſus cum
laxatione alvi diuresin exigunt , etiam abſque lotione ,
per ſe in emuſionibus aut mixturis præbenda . drac. ℥.
ad drach. i.

Spiritus ejusdem per veſicam deſtillatus , cum tere-
binthina reſtitante , loco coctæ , pro pilulis tum per ſe ,
tum adjecto diuretico , cathartico-ve quodam ſtimulo
ex tempore danda . Dofis ſpiritus eſt à gutt. iv. ad xii.

Juniperina vide ſuprā .

Baccarum alkek-ngi extractum liquidum , abſque ſac-
charo durable , & ſimil , pro ſolanorum natura miti-
gativum . Dofis ut *Gelatinarum* , quam vide in tabula
dofium generali .

*Hederæ terrestris extractum saccharatum, alkkekengi-
num supplens & polychrestum.*

*Fragorum aqua gratior, cum exigua S.V. particula ab-
stracta, sicque durabilis pro vehiculo.*

*Onodinis non tam extractum (bolari tartaro affluentis-
simum, nec in aliis affectibus contemnendum ; præser-
tim si è tenella fuerit planta) quām sal fixum sulphuratum
aut vitriolatum, cum stipitum fabarum, urticæ, geni-
stæ aliarum-ve plantarum cineribus parandum, ut ha-
beatur sal catholicum, cuius dosis sit à gr.x. ad xxx.*

*Oleum amygdalinum intùs ad cochl.i.ii.Nucum, hyoscy-
mi, papaveris &c. extùs.*

2. Animalia.

* *Cancerorum lapilli* (quivis, non tantum vivis exem-
pti) pulverisati, solitariè vel cum opiatorum tantillo
dati ad absorbendum, invertendum & detergendum,
tum hic, tum in pleuritide, casu ab alto, febrium æstu,
stomachi angustationibus, aliisque vicinis acoribus, ar-
doribus &c. proficui. à scr. i. ad drach. i. In rabidorum
morsu cineri cancerorum primò mixtura simplex ; hinc
invertentia bezoardica præstant. Liquor vulnerarius
extemporaneus fit infusione ocul. cancer. in vino.

*Calami scriptorii vesiculæ concisæ & ad drach. ss. cum vi-
no vel aceto sumptæ pleuritides spurias non semel su-
stulerunt.*

Scorpionum oleum simplex (de quo etiam supra pag. 16.)
per se , vel penetrantioribus terebinthinæ, ceræ &c.
permixtum.

Cantharides (*) è quibus etiam paratur.

Vesicatorium cum ana ceræ & olei vel pinguedinis le-
porinæ, pauxilloque terebinthinæ . Est autem in per-

(*) Usus cantharidum internus dubius est & pericu-
plenus : Quod si in extremis extrema tentare coactus es, se-
quere molam , quem describit Bartholinus cent. 5. hist. 2.

multis affectibus usitatissimum ad revellendum, evacuandum &c. præcipue in doloribus à colluvie serosa: est etiam fonticulis, setaceis & frictionibus cum aquis catarrhalibus aut nervinis spirituosis ammoniacalibus, item oleis linimentisque resolventibus ob sensibilem evacuationem præsentius.

Emplastrum pro humorum fluore per dies aliquot sollicitando, ex quarta vel quinta parte emplastri vesicatorii, emplastro cuidam defensivo aut saturnino mixta, alternando interdum, si pruriat locus, cum emplastro de hyoscyamo.

Afelli præparati, per se, vel cum aliis resolventibus sociati, arenosas in vesica conglobationes interdum expellunt, sed in tenerioribus angustias præcordiorum saepe cum deliquiis inferunt. *scr.i. ad drach.i.*

Lumbricorum terrestrium oleum simplex, additione olei rorismarini mox in compositum redigendum.

Pulvis ingratiator in arthritide vaga; ubi etiam spiritus tartari, salis, calcis vivæ, tincturæ antimoniales, arcanum tartari, cinnabarina, opiate & præcipitantia plerumque citra purgantia, topica & infessus [contraturarum ut plurimùm authores] præsentiora sunt. *scr.i. ad drach. f.*

3. Mineralia.

Nitrum fliriatum, ab accidentatio sale (*) communi more sufficenter secretum. Occultari & tingi potest succis cerasorum, myrtillorum &c. & ita exhiberi à *scr.i. ad drach.i.*

Nitrum fixum granulatum, à croco antimonii & clysis elutriatum, sulphuratis vegetabilium salibus etiam in diaphoresi & diuresi æquivalens. Huic minori pondere addatur nitrum fixum illud, quod ab antimonio dia-

[*] Hunc morem (qui cautelis non vacat) vide prolixè expositum in Schröderi. *Pharmacopeja*.

diaphoretico collectum fuit. Dosis est à *scr. i. ad drach. ii.*

* *Arcanum duplicatum*, è capite mortuo aquæ fortis probè exusto; vel si vitriolo soluto tantum liquoris nitri fixi aut liquaminis salis tartari cum nitro parati instilletur, donec metallica pars vitrioli præcipitata fuerit, quo facto, clara filtratura coaguletur. In multis affectibus, præsertim omnibus lymphæ (per vasa vel renes) abundantius præsentaneum. *scr. i. ad ii.*

* *Spiritus nitri*, cum aluminis duplo destillatu. *gutt. x. ad xv.*

Spiritus salis communis, ex illius muria ad quartas circiter exhalata per arenam è retorta destillatus, & tintetur papaveris erratici obnuptus, spiritus vitrioli succedaneum est. *gutt. x. ad xxx.*

Nephriticus lapis, pro periapto, illum expetentibus.

Spiritus calcis vivæ: fit, si spiritus vitrioli philosophicus cum ana calcis vivæ recentis in arena ex cucurbita mox destillatur: vel si calx viva cum ana aluminis subito miscetur & per arenam destillatur.

Liquor nephriticus: fit si spiritus vini affunditur capiti mortuo à spiritu calcis vivæ relicto, & tinctura inde extrahitur; vel si idem fiat de capite mortuo spiritus salis ammoniaci cum calce viva parati.

Lixivium à calce viva polychrestum & volatili falsehoode prægnans; per se, vel cum oleo communi aut anodino quodam in linimentum concussum.

* *Cauterium ex lixivio saponario*, à liquatione cautè præservandum.

Cremor calcis vivæ ad dysepulotica &c.

Pulvis nephriticus anodynus:

24. lap. cancer. scr. i. ad drach. 3. pulv. anod. gr. vii.

M. detur semel aut bis in paroxysmo, & pro re nata interponantur spiritus salis aut tinctura tartari tartarifata.

Aliás multi in nephritidem vel ex persuasione proni remediorum continuatione nimia malum potius accelerant vel intendunt, aut, propulsio reside postmodum

gra-

granulo, vesicæ calculum nonnunquam sibi procurant. Siliceus sanè calculus pharmaciæ non obtemperat, sed saltem arenosus, præsertim Hypochondriacorum, qui incidentibus saliniis aliisque specificis interdum cedit. Diffusum tamen remediorum apparatus calculus renum non exigit; ob conjunctam nauseam & complicatos vomitus; unde neque clysteres, nisi raro, neque topica operosiora (dum externus calor & illinentis frictio potissimum hic peragit) necessaria esse videntur.





APERIENTIA, INCIDENTIA, DETERGENTIA.

Splenetica , Hepatica , Uterina,
Pectoralia &c.

1. Vegetabilia

Hypochondriaca & Antiscorbutica .

Cochlearia recens , cum nasturcinis , pro substituti
ratione .

Spiritus ejusdem sale volatili satur . gutt . x . ad xx .

*Essentia antihypochondriaca , è spiritu cochlearizè ,
competentibus extractis exaltato , Dosis ut spiritus .*

Belis minor , vel Trifolii nobilis folia .

Extractum ejus , aliqualiter saccharatum .

* *Aqua destillata florum acacie , pro cæterorum vehi-
culo .*

*Endivie , Cichorii , Lactucæ , Acetosæ & consimilium
joco sit * nitrum vitriolatum .*

*Scabiosa vulgaris , cum una alterave è vulnerariis , egre-
giè simul resolventibus & detergentibus , præcipue Ve-
ronica , pro extracto , è singulis seorsim , vel simil mix-
tis , parando , de quo in sequentibus .*

Cen-

Centaureum minus, absynthiaco extracto sub hac forma sociatum.

Chelidonii majoris aqua verno tempore destillata, ophthalmica.

Fumarie extractum saccharatum.

Aqua destillata, loco cardui benedictinæ.

Acetum quodvis.

Rutaceum, quod cum ana apoplecticæ aquæ, & paucis aliquot guttis essentiæ castorei mixtum, alexipharmacis & hystericas vices gerit.

* *Odoriferum compositum*, præsens aliæs refectionis.

Destillatum communi more; vel pro subjectis remittentioribus:

Æruginis spiritus, medico-chymicis usibus etiam inserviens.

* *Elixir proprietatis*, ex aloë, myrrha, & croco, cum mediocri spiritus faltem vitrioli, loco tartarei, quantitate paratum; vel, (quod magis aperitivum foret) si liquor terræ foliatae tartari associaretur spiritui vini simplici, aut appropriato cuidam abstractio.

Stomachica Incidentia.

Ari radix, aceto præparata, & extemporanea pulverum vel oleorum aromaticorum additione mox in pulverem *stomachicum* redigenda.

Absynthium vulgare, è quo fiunt.

Spiritus fermentatius, si sacchari communis, vel mellis ana sive dimidium, cum aliquali parte fœcum recentium cerevisie vel vini, summittatibus selectioribus additur, & post finitum ferè fermentationis fervorem, spirituosior pars inde abstrahitur. Dosis à *gutt. xv.* ad *xxx.*

Extractum, aqua simplici, &, si placet, cum associatione aliarum amararum herbarum paratum. Dosis ad *unc. i.*

* *Effen-*

* *Effentia*, ex octuplo spiritus, ac simplo extracti confecta, cui, pro lubitu, salis proprii, vel nitri fixi tamillum sub digestione, aut post ejus filtrationem olei destillati guttae aliquot addi poterunt. Dosis ut spiritus.

Sal fixum, cui aliae herbae congeneres concremari possunt; aut nitrum antimoniatum fixum, idem praefatans.

Oleum absynthiacum stomachicum compositum, expressis ac destillatis aliis exaltatum.

Zingiber, in pulvere, pro trageis & tincturis compositis.

Piper, pro iisdem.

Uterinæ Aperientia.

Aristolochiæ rotundæ radix, pro infusis emmenagogis,
vel

* *Cheiri flores* in eundem usum.

Pulegii aqua spirituosa, quæ tamen magis antispasmodica est, quam uterum movens: Gravidis etiam pro carminativo, uti cinamomi passim sine noxa datur. *Oleum cum aqua simul proveniens*, menthae, vel consimili alicui oleo destillato addi potest.

* *Aqua hysterica vulgatior*, cum, vel sine specifico suscitante, in enixu plus cæteris ad partum mixturis præstat. Dosis ad cocht. ii. iii. &c.

Pectoralia Aperientia.

Enula & Hedera terrestris, cum suis essentiis & extractis, de quibus suprà: pag. 11. & 23.

Scabiosa, cum toto, saltem pro extracto aliquantum saccharato, de quo vide supra pag. 27.

Veronica, aut paulò acceptior *Chamedrys fœmina*, similiter pro extracto saccharato.

Aqua ejusdem spirituosa, vel *hyssopi* cum suo oleo destillata.

* *Effen-*

* *Effentia pectoralis* liquidæ, vel *Infusum* cum spiritu vini simplici, aut abstrætitio fœniculato, è convenientibus simplicibus per infusionem paratum, præsertim si, sub actu curatorio, aliis insuper essentiis, extractis, liquoribusve (ut hyssopi aqua) amplius exaltetur. Nam aquæ stomachales vel carminativæ gratioreſ, pariter per incidentium & epiceraſticorum accessum accomodatae, præmisso vomitorio, idem in asthmate propriè dicto præstant. In Hypochondriacorum præfocatione ex alio capite martialia &c. dantur, in periodica vero collectione longè consultius accisa opiatorum dosis exhibetur. Dosis à gutt. xx. ad xxx.

* *Scylla*, pro aceto, è crudo bulbo parando, quod cum dulcorantibus & symbolizantibus facile in *oxymel* & *looch* converti potest.

* *Nicotianæ effentia* & extractum vulgare, cum nitri fixi particula per cocturam & exhalationem paratum, cum spiritu vini denuò extrahendum & ad consistentiam syrupoalem inspissandam: non solum internis, sed & externis usibus pro *errbinis*, *lavamentis* &c. inserviens. Dosis Effentiæ est ad scr. ſ. Extracti. ad gr. xv.

Syruporum pectoralium loco extracta supradicta inter ſe, & arteriacorum, syrupsatique facchari accessu, etiam pro diversis, jucundis extemporaneisque mixturis atque linctibus eſſe poſſunt.

Decocta pectoralia incidentia per simplicium acceptiorum & competentium delectum, epiceraſticorumque accessum parari queunt pro gregariis talia expetentibus.

Fœniculi oleum destillatum, etiam pro elæofaccharo extemporaneo, ſi lubet.

Aſa dulcis, per ſe, in nullos flores redacta, pulveribus pectoralibus &c. permiscenda.

Iris Florentina, infusis, & præcipue pulveribus pectoralibus, conveniens, ſive epiceraſticis gummosis, atque conſinibus, rancori non obnoxiis [loco specierum diaireos] ſive becchicis, aronatis ſcil. sulphureis, mariſtatis &c. quaunque ratione misceatur.

* *Pulvis pectoralis* pro Infantibus & adultis, ex anatrica Iridis, Ari & Sulphuris proportione constans, & ad tussim, catarrhos &c. ad grana aliquet, pro ætatis ratione, datus, præcipue verò opiatorum tantillo, cinnabari nativa &c. exaltatus, insuper faccharo, oleove quodam gratiori conditus, aut antimonio diaphoretico sociatus, præsertim si in confluxu quasi suffocativo correctiora emetica præmittantur.

Rotulae vel Trochisci pectorales, sib epiceraistica formula; vel *Manus Christi*, simplici oleo s. balsamo quodam pectorali illitæ.

2. *Animalia Aperientia.*

Cancrina & Cervina huc trahantur ex classibus Diureticorum & Diaphoreticorum. Vid. pag. 14. 23.

* *Anguille hepar*, cum felle, inter se calore mediocri siccatum, nixatum, sub justo fœtus positu fuscitativum, præsertim si interponatur aqua hysterica vel cinamomi, aut essentia succini, fola, vel cum ess. castorei. Dosis est ad drach. ℥.

3. *Mineralia Aperientia, Hepatica, Splenetica, Pectoralia & Uterina.*

Mars, polychrestus, manifesta humorum rodentium imbibitione, & subsequa hinc orificiorum ductuumve excretoriorum lactiferorumque deterstione Hypochondriacos levans, & obstrukiones eadem, consimili, vel accidentaria ratione tollens, crudus, limatus & in pollinem redactus sub pilularum forma cum aloetica massa & tragacanthæ mucilagine dari potest. scr. ℥. ad scr. i.

* *Crocus martis sulphuratus*, sat resolubilis, & limatus, cum ana sulphuris deflagrata, paratus & pulverisatus, in præcordialibus præfocationibus & primarum viarum acoribus per se, vel cum rob aliquo domestico ad scr. i. aut drach. ℥. præbendus.

* *Pul-*

* *Pulvis cacheticus*, ex hoc croeo, coralliis, oculis cancerorum & similibus, absque æstum intendentibus aromaticis & salinis lixiviosis ultra octiduum continuans, interposito vesperi (si alvus fuerit tardior) pilulis aloeticis laxativis, rariùs præmisso vel subsequo electivè purgante.

Vitriolum martis factitium: fit cum spiritu vitrioli, solutione per aliquot septimanas aut menses seposita, priusquam elutrietur. Bonum abstersivum & reverè polychrestum, sive per se detur certis in circumstantiis, sive potius permisceatur tartaro, [pro magisterio martis vitriolato] purgantibus, aut saccharo Canario.

* *Tinctura martis tartarisata*: fit, si vitrioli martis & tartari ana lib. ȝ. in aquæ simplicis lib. vi. coquatur, & inter agitandum lente exhalet ad mellis consistentiam, hocque coagulum spir. vini lib. vi. extrahatur, & post filtratutam inde lib. i. vel interdum nihil abstrahatur. Hæc tinctura, extracto papaveris erratici pro lubitu tingenda, in hypochondriacarum partium obstructi-
nibus, effervescentiis, præfocationibus, cachexiis &c. efficax, icterum (nisi ascitis confirmati, calculi concreti, aliorumve immedicabilium malorum consepta-
rius fuerit) citrè purgantia, sub aliquot dierum conti-
nuatione, securè curat, sola, vel diaphoretici martialis uni alterive dosi interdum sociata; rariùs, si alvus præter morem renitentissima fuerit, aloeticis saltē pilulis laxativis tunc pro una alterave vice requisitis.

Æuginis spiritus subtilissimus, è crystallis illius aceto destillato imprægnatis destillatus, non tam intus in pectoris infaretu, [ubi spir. salis ammon. urinosus, vel acetum squilliticum cum sui generis expectorantibus & edulcorantibus essentiis plus præstant] quam extus pro tincturis & essentiis martialibus, saturninis &c. elicien-
dis aptus. Caput mortuum hujus spiritus pulverem dat,
qui per se, vel post repetitam calcinationem, pariter ac terra vitrioli dulcis, omnis æris crocorum, florum, aliorumve preparatorum locum extus sufficienter complet.

Æta-

Æruflo usq;, in decocto mundificativo simplici, aut essentiæ veronicae vel scabiosæ diluto vim suam putredini resistendi facile deponens.

Unguentum Ægyptiacum, sive alumine & sale ammoniaco confectum, cum terræ vitrioli dulcis & extracti veronicae particula, in aceto vel rore minerali acido soluta, proportionaliter permixtum vices unguenti purpurei supplet.

Lavamenta Chirurgorum extemporanea myrrhata, aloethica, theriacalia &c. placularum aut syphuncularum ope applicata; item aqua calcis vivæ, saccharum, radix ireos, euphorbium, aliaque non pinguia, pro partium ratione dextrè adhibita, unguenti apostolici & hujus nominis emplastri (si aliud mitius desiccans & defensivum ejusdemmodi mixturis mundificantibus superimponitur) locum obtinent.

Tutia, non ustulata.

Nibili album, lotura, vel potius cribro depuratum, per se, vel lapidi calaminari, veneris calci, aut terræ vitrioli dulci, mercurio dulci aliisque combinatum, in mixturi liquoribusque extemporaneis, pariter ac in unguento quodam saturnino plurimas intentiones complet.

Epithemata non pinguia, ex solutione camphoræ, vitrioli, lapidis medicamentos, &c. vel aqua calcis vivæ, lacte ejusdem aureo, decocto nigro &c. costantia, ad desiccationes, attemperaciones, incarnations.

* *Liquor ex cerussa, nibili, matre perlarum, vel lapide calaminari & particula thuris atque opii*, cum, vel sive crafura paratus; vel saltem sola aqua rosacea, vitrioli cuiusvis tantillo condita, sufficit loco unguentorum ad oculos.

Vitriolum quodvis, etiam pallidum, minutulum, unctuosum, sat bonum.

Ros mineralis, è crudo vitriolo per arenam ad extremam guttam destillando prolectus, polychrestum & elegans est temperans, s. per se detur (loco complurium aquarium & tincturarum dilutiorum vegetabilium

refrigerantium, aci uleporum, ut & subtilioris è rore majali destillati) s. priùs essentia bellidis, hepaticæ nobilis &c. saturatus proportionaliter, aut aliis permixtus.


Spiritus vitrioli acidus, communis, è vitrioli supra restitantis & sic satis albificati proportionali nec nimio pondere, etiam è vitreis retortis probè lutatis unius diei spatio destillatus: manifestè non calefaciens, sed potius (sive invertat, figat, aliave nondum satis comprehensa ratione circa primas vias agat) attemperans & simul aliqualiter restrictivus, sive per se detur, sive occultationis causa vegetabilium floribus aut essentiis colorantibus tintitus, aut spiritui cuidam abstractio per levem digestionem sociatus. Qui caput mortuum prolecto liquore inceratum amplius per sex octove dies continuato igne exercet volent, efficaciorem saturatioremque hinc spiritum nanciscetur, etiam pro *unicornu mineralis* imitamento sufficientem, modò non vulgare purificatum, sed ultimum regeneratum sal accedat. Dosis *gutt.iv. ad vi.*

Mixtura vitrioli tartarifata, è proportionaliter confuso spiritu vitrioli & tartari, vel tartari ac vitrioli crudorum destillationem simultaneam habenda, loco *spiritus aperitivi Penoti*.

Spiritus vitrioli coagulatus fit, si spiritus vitrioli p. i. à nitri crudi p. f. abstrahatur, cum simultaneo aquæ fortis, una colligenda, proventu.

Colcothar extremè calcinatum & recentius, crudum vel edulcoratum, chirurgicis chemicisque usibus haud incommodum; cui restitans post spiritus æruginis destillationem caput mortuum admisceri potest.

Borax vulgaris, irritans non postremum, etiam solitariè, in secundinis præsertim exhibitum, vel cum succino, croco, cinamomo aliisque pro lubitu mixtum; aut etiam *Glaciei Mariæ* completior dosis (ad drac. f. sc. ii.) interpositis subinde essentiis castorei aut succini, vel aqua hysterica, aut cinamomi cordiali. Dosis Boracis in hoc casu est à drach. f. ad drach. i.



RESOLVENTIA ET ROBORANTIA CALIDA;

In quorum classe sunt quoque

Carminativa, Cordialia, Cephalica,
Stomachica, & Hysterica.

1. Vegetabilia.

a. Aromatica.

Cinnamonum selectius.

* *Aqua ejusdem*, cum particula spiritus ardentis,
vel aqua rosarum per vescicam destillata & mediocriter
spirituosa.

Oleum destillatum, pro aliorum conditura, balsamo
& clœsaccharo extemporaneo.

Caryophylli.

Aqua eorundem destillata, per adjectam spiritus ardentis partem aliquantum spirituosa, cum *oleo* simul
prodeunte.

Balsamum compositum, cordiale & cephalicum, s.
apoplecticum, cum, aut sine pretiosis odoriferis.

Nux moschata.

Oleum ejusdem expressum, balsami sui locum faci-
lē supplens; extus ad fissuras s. rhagades.

Galanga minor, etiam pro infusis aut destillatis quibusdam.

* *Cardamomum minus*, in similes usus, vel ejus deflu *Cubebe*.

Lignum aloes s. Calambac genuinum.

Pulvis stomachalis, ad imitationem simplicissimarum specierum Imperatoris, sine moscho confeccius.

Pulvis Cephalicus aut *Cordialis*, contractissimus & extemporaneus, per odorifera pretiosiora aut precipitania pro lubitu exaltandus, vitatis tamen multis ambræ molchique insumtionibus, quas *Plethorici*, *Bilioſi*, *Valetudinarii*, & *Hypocondriaci* non facile ferunt.

Tragema aromaticum, ad usitati modum ex selectis.

Roxarum Conserva, pulverum, effentiarum extractorum, oleorum &c. competenti quantitate medicata.

* *Elosaccharum compositum* è prædictis, cum, vel sine moscho.

* *Aqua destillata*, ad aquæ carbunculi modum composita, dimissis accessoriis inconvenientioribus, vel etiam sequens:

* *Q. Aquæ cinam. opt. ros. ana lib.i. apoplept. unc.iv. moschi orient. (si placet) in nodulo suspensi gr. vi M.*

Infusum è nervinis penetrantioribus, etiam animalibus, cum spir. vini factum, in usus externos.

Aquarium catarrhalium externalium loco sit *Effentia Cafuræ* variè diluta; vel aqua apopleptica, per olea, aut spiritus urinofos exaltata.

Aqua cephalica externa loco *Anahalne* fit, si aquæ apoplecticae serpilli spirituosa instillatur aliquid olei fucini, juniperi, terebinthinæ &c.

Aqua acrovistica, etiam correctiore, convenientior est tinctura, è competentibus aliquot simplicibus, ad imitationem otalgiae *Mynsichti* confecta.

Aqua embryonum:

Q. Aquæ cinam. opt.p.ii. menth. spirituose part.i. apopl. p. 3. M.

Mixturæ cordiales, per convenientium aquarium odo-

rife-

riferarum, ac præparatorum, ut & cinnabarinorum, vel essentiarum competentium miscelam ex tempore parari possunt.

b. Carminativa.

Mentha crispa, vel odoratior palustris rotundifolia, per se, vel cum pulegio aut serpillo.

* *Aqua ejusdem* spirituosior, calidioribus tamen subiectis quoque quadrans, solitariè, vel cum galangæ parte destillata, planè polychresta, & liquoribus aromaticis, aliisve resolventibus aut anodynîs facile exaltanda.

Oleum, per destillationem simul proveniens affinibus adiiciatur.

Acorus noster odorus.

Aqua ejusdem, non simplex, sed, radice debitè priùs reclusa, spirituosa, solitaria, vel cum aqua menthæ jungenda.

Extractum, aqua simplici paratum & saccharatum.

Carvi semen, pro * *oleo* polychreste.

Fœniculi semen, ejusque

* *Oleum* destillatione.

Aqua destillata, ophthalmica.

Spiritus abstractius, pro tinctura pectorali.

Lauri bacca, tantum pro polychreste *oleo* expresso.

Emplastrum stomachatis confueti loco, elegantius ad correctoris de baccis lauri modum ex selectis quibusdam confici; vel etiam spiritus aliquis abstractius, sive vel cum sacculis calide applicari; vel denique simplex de fermento cataplasma apponi potest.

Chamæmeli flores pro topicis.

Oleum, per infusionem paratum usus tempore etiam alio quodam resolvente, expresso vel destillato alteratum.

Effentia stomachatis, ex menthæ, acori, fœniculi, absynthiive spiritu, analogo quodam extracto compe-

tenteque oleo saturato, adjecta, si placet, portiuncula
falis, cuiusdam fixi.

*Tabule vel Rotule simplices, oleis destillatis acce-
ptioribus illitæ.*

Sacerdotale antiquorum Sal.

*Pulveres præcipitantes insipidi, Hypochondriacis ad
temperandam humorum acrimoniam apti.*

Eleosacchara extemporanea, pro delicatioribus.

c Hysterica.

Melissa.

*Aqua ejusdem spirituosa, simplex vel composita, ex
aqua cinam. caryophyll. apoplect. menth. simplici ac
proportionali confusione.*

*Aqua vitæ mulierem, ex melissæ recentis bona quan-
titate, salviæ, rutæ & spicæ uno alterove manipulo, ut
& cinamomi, caryophyllorūm, ac Zedoariæ debita pro-
portione cum aqua simplici & aliquota spiritus vini par-
te per vesicam destillata, quò etiam calentibus, siticu-
losis, hæmorrhagiis nimiis &c. in & extra puerperim
quadret.*

* *Aqua hysterica fit, si p. §. aquæ hujus infundatur
castoreum, instilleturve illius essentia, si ferri poterit.*

Aqua apoplectica amara, loco aceti hysterici.

* *Essentia succini & cafuræ, solitaria, aut propor-
tionaliter commixta, v. olei rutacei succineive modico
insuper exaltata, interpositis anodynis, cinnabarinis,
ac præcipitantibus, cuiusvis elixirii hysterici vices su-
stinet.*

*Extractum hystericum fit, si supra positum extractum
alexipharmacum cum castoreo, ejusve essentia subigi-
tur.*

d Refectiva.

*Citri cortices, domi debitè siccati, pro infusis tinctu-
risve compositis.*

Liquor oleosus, è deresa flavedine expressus, & postea ab aquoso succo, copiosè subsidente, per tritorium secretus, cum saccharo in molliculam substantiam vel elæosaccharum redigendus.

* *Crocus*, sat fragrans, citrè tosturam pulverisatus, pro electuarij vel tinctura antidotali.

Extractum ejusdem, aqua simplici factum.

Spiritus vini, aut *frumentaceus*, aut *hydromelinus*, sive simpliciter subjectis minùs resinosis falinisque nonnullis [minùs dephlegmatum ferentibus] adhibendus fuerit; s. denud super cineres vel calcem rectificatus, aut amplius super sal tartari abstrahendo, vel istud inibi dissolvendo dephlegmatus.

c Cephalica & Nervina.

Lilium convallium recens, pro spiritu abstractio.

Spica nostras f. *Lavendula florescens* similiter pro spiritu abstractio, cum ardente quovis parando.

Oleum copiosè simul profluens, aliis cephalicis adiiciendum.

* *Aqua apoplectica* f. *cephalica*.

¶. *Spiritus vel aquæ spirituosa*. *lil. convall.* p.iii. *spir. lavend.* part. i.

M. & repone per aliquot dies, ut vel solitariè, vel cum aquis aromaticis supradictis exhiberi possint. His aquis excitatoriis, si opus fuerit, per temperatiorem aliquam priùs infractis, ex tempore permisceantur vel spiritus E.C. rectif. vel spiritus salis ammoniaci urinosus, vel essent. castorei, solitaria, aut cum rore minerali, acetove medicata.

Aqua Apoplectica amara.

¶. *Aq. apopl.* p.i. *acet.* *rutac.* p.¶. *essent.* *castor.* *gutt.* aliquot. M.

Amaracus f. *Majorana*, pro aqua spirituosa & *oleo destillato*, è quo balsamum aut elæosaccharum ex tempore confici potest.

* *Serpillum*, loco thymi fragrantis, aut saturejæ pro spiritu abstractio, extus in primis non contemnendo, & aliis destillatis, tincturisve competentibus ad aquæ catarhalis imitationem exaltando.

Betonice loco extus sacculi cephalici è vegetabilibus haec tenus selectis, consimilibusve euporistis, etiam è fœni trifolio exuberantioris retrimentiis subter colligendis satisfaciunt, vel denique solus è calefacto vino fortus.

Pœonie rad. extractum, parumper saccharatum, cephalico-epilepticum, cui essentiæ competentes admisceri possunt.

Aquarum epilepticarum vices gerit aqua lil. convall. simplex vel cinamomifata, aut apoplectica castorisata.

Viscum aucuparium, bonum emolliens, attrahens, & intermixto sulphure resolvens.

Verbenæ, vel *Anagalidis phœniceæ* s. *cœruleæ* extractum, vel, posterioris loco polychrestum *hypericum*.

Balsamum cephalicum, simplicissimè mixtum, sub debita oleorum aliquot genuinorum proportione.

Oleum olivarum aut *nucum*, infusis simplicibus sulphureis aliquot convenientioribus saturatum, aut oleis destillatis aliquot exaltatum resolvens.

Unguentum emolliens atque resolvens, ex pinguedine familiari, vel ipso etiam butyro herbis nonnullis alterato, ac oleo resolvente prædicto constabit. Reliquum longè facilius vesicatoriis, rubificantibus &c. in membris resolutis & luxatis contortisve, plebeiorum saporiis mixturiis, sacculis atque fomentis transigitur.

Emplastrum è colophonia & succino compositum est diaphoreticum.

Emplastrum dia sulphuris vulgare, vel etiam è pice futoria & sulphuris polline insperso confectum.

Emplastrum de hyoscyamo, præstantissimum, ex oleo seminis expresso, cum succo proprio, ceræ & terebinthinae tantillo paratum, elegantis viroris & effectus est, cuivis spleneticò par vel superius; præcipue si aliis ma-

lacticis aut resolventibus, pro re nata, exaltetur.

Emplastrum de meliloto, vel potius *pultes & cataplas-*
mata domestica suppurationem festinant.

f. *Uterina graveolentia externa.*

Galbanum, cum illiquata saltem terebinthina exten-
sum, aut cum castorei oleive succini particula in *empla-*
strum matricale redactum.

Ceræ, vel potius *Saponis oleum.*

Suaveolentia.

Olibanum selectius,

Masticæ, pro topicis & suffumigiis.

Effentia ejusdem liquida, cum spiritu vini alcoolili-
fato vel aromatico stomachali parata.

Sandaracha, pro suffitibus.

* *Styrax calamita*, etiam impurior, granulata enim
plerumque falsata est.

Pulvis pro suffitu catarrhalis ex recensitis gummatibus,
adhibita simul frictione calida.

2. *Animalia.*

a. *Antepileptica.*

Cervi Cornu, ejusque præparata, quæ vid. p. 14. &
sequi.

Ungula, intùs & extùs pro periapto ignaris cum
successu data.

Cranium, post aquæ simplicis divaporationes ali-
quot lèvigatum, cum aliis invertentibus in epilepsia
consensuali ac leviori ex primarum viarum vitio.

* *Pulvis antepilepticus.*

Q. *Pulv. bozoard.alb.* supra pag. 13. descripti, succini
alb. præparati, cinnabaris nativ. ana q. v. M.

De-

Detur adultis æquè ac infantibus curative repetendoque, ac, pro indicationum ratione, præmissis vel interpositis emeticis aut laxativis: modò superaddantur volatilia urinosa, v.g. spir. C. C. salis ammoniaci simplex vel compositus &c. modò essent succini, camphoræ, castorei; tinctura corall. antimonii & similia; modò præcipitantia alia, in primis autem opiate, v.g. pulv. anod. infrà pag. 45. descripti gr. iii. pro adultis circumspetè. Alias pulveris hujus per se dati dosis est adultis ad drach. fl. infantibus anniculis ad gr. iv. v. vel vi. natu verò minoribus dimidium.

* *Pulvis antepilepticus anodynus.*

U. Pulv. bezoard. alb. drach. vi. succin. alb. præparati drach. iii. cinnab. nativ. scr. v. laud. opiat. Autb. scr. i.

M. f. *Pulvis*, qui non solùm lactentibus, verùm etiam reliquis in inquietudinibus, torminibus, vomitibus, diarrhœis &c. detur, vel per se, & quidem trimestribus ad gr. i. vel cum aliis alterantibus & præcipitantibus, ubi tamen corallia in caloribus febrilibus complicatis minùs commoda sunt.

b. *Hysterica.*

Castoreum genuinum recentius, per se, intùs quoque citrà noxum, si citrà abusum.

* *Effentia ejusdem sequens.*

U. Castor. opt. unc. i. sal. tartari scr. v. spir. vini q.s. M. f. tinctura.

Laboriosius, at elegantiùs etiam fit hæc tinctura per spiritus vini abstractionem, & residui inibi dissolutioinem.

c. *Analeptica.*

Moschus selectior, analepticis usus tempore s. pet se, s. saccharo v. elæosaccharo diaromatico dilatando, aut diversimodè aquis odoriferis infundendo sociandus; nec

nec multis in affectibus, ipsisque parturientium defectiōnibus sēpenumero tam adversus, ut vulgō creditur.

Ambra, cum saccharo oleosique lāvigata, competentibus remediis ex tempore permisceari potest. Teneriorum tamen & exhaustorum Senum caput, uti moschata, Zibethina & olea fumosiora facilē replet.

Liquor analepticus.

M. Aque ros. aq. cinam. ana p. i. aq. apoplect. p. f. moschi cum eleo saccharo aliquo soluti parum. M.

Hēc autem odorifera, in febribus & affectibus capitis intūs & extūs adhibita, neglectis graveolentibus ex C. C. tartaro &c. malum potius fovent quām percurant; ceu idem per juleporum similiūmque apozematūm hauſtus in febribus paſſim contingit.

d. *Resolventia pinguia, nervina, simulque anodyna.*

Oleum olivarum, guttulae uni vel alteri olei cuiusdam destillati obnuptum.

Butyrum, præfertim vernale, tum per se, tum aliorum competentium accessu alteratum, loco plurimorum unguinum & adipum.

Taxi vel leporis pinguedo singulare tractivum, s. renitentium suppurationum ruptoriū est.

Sapo vegetior quivis, & perficta cum eodem linteola, ejusdemque mixtura cum spiritu vini haud rejicula vulgi sunt euporista.

Oleum ejusdem cum cineribus destillatum præstans est, resolvens.

Cera flava.

c. *Fossilia resolventia, bituminosa & sulphurea.*

Succinum, vulgare, flavum & pellucidum pulverisatum, intūs per se, vel cum specificis cephalicis, nephriticis & uterinis; extūs solitarium, vel competentibus adjectum pro suffitibus.

* *Tin-*

* *Tinctura ejusdem*, cum spiritu ardente tartarisato, vel aliàs rectificatissimo parata, & oleorum aromaticorum tantillo pro lubitu condienda, tam per se, quam cum essentia castorei, casuræ &c. bonum est uterinum, nephriticum & cephalicum, modò in vehiculis spirituosis, nec adeò præcipitantibus assumatur.

Oleum, per se absque additamentis destillatum, aliquoties solummodo ablutum & aliquandiu hinc reposatum, vel laboriosius per vesicam rectificatum cum sale volatili, quod hic parergon est. In renitentioribus tamen ischuriis reliquisque distillationibus infidum est, utut modò per se sublimatum, modò ardente spiritu in liquorem urinosum resolutum vel acido quodam spiritu fixatum detur.

Balsamum ex oleo hoc destillato & nucistæ expresso mox parandum.

Petroleum, saepe nimis exsiccativum, unde etiam spiritui terebinthinæ oleisque ceræ, aut saponis, vel juniperi cedit.

Arsenicum, pro confiendo magnete arsenicali, ex sulphure, antimonio & arsenico ana liquatis in phiola.



HYPNOTICA, ANODYNA, F P I C E R A S T I C A .

i. Vegetabilia.

a. *Hypnotica & Anodyna.*

Opium, quod hactenùs non sinè magno Infantum, Gravidarum, Puerperarum, exhaustorum Serum, item Phthisicorum, Epilepticorum, aliorumque ferina tussi, defluxionibus, hæmorrhagiis, profluviis, superpurgationibus, colliquationibus, diversis humorum ac languinis effervescentiis, vagis fixisque doloribus &c. penè enectorum damno neglectum fuerat, tempore necessitatis etiam crudum, citra prævias tostura, exhiberi potest, modò competentis subjecto, morbo, tempore ac dosi detur.

Extractum ejusdem, simpliciter cum spiritu vini factum & per hujus abstractionem inspissatum.

* Laudanum opiatum.

2*l.* Extr. opii p.ii. extr. croci cinnab. nativ. vel corall. præp. ana p. i. M.

* Pulvis anodynus opiat.

2*l.* Laudani prædicti p.i. corall. rub. præp. p.ii. m. Vel

2*l.* Extr. opii. p.i. sang. diacon. ver. vel santal. rubr. p. ii. corall. rub. præp. p. iii.

M.f.

M. f. Pulvis, qui utrobique in tribus sui granis laudi granum unum continet, & specificis epilepticis, nephriticis, hysterics, vel anticolicis præcipitantibus ulterius accommodari, graviorque aliquo rob vel extracto subigi potest, si boli formula placuerit.

* *Liquor anodynus.*

U. Opii crudi, vel per superfuse aquæ simplicis divaporationem in graveolentia sua mitific. p.i.aquæ apopl.nostr. p.spir. vitrioli ror. vel philos. ana p. iv.

Stent per dies aliquot in digestione, & postea filtretur tinctura, quæ in malignarum complurium principiis; vomitibus ac diarræis complicatis aliisque affectibus, remedii ordinariis ad gutt.vi. vel viii. socia-ta, per se vero in rheumatismo, vomitu, diarræis, nephritide &c. ad gutt.x. xii. vel xviii. noctu data poly-chresta est.

Hyoscyamus, pro topicis, anodynis, mollientibus at resolventibus.

Semen ejusdem, pro oleo expresso, solum, vel cum sem. papav. mixtum.

Balsamum hypnoticum, ex oleo hyoscyami & nuci-stæ expresso.

Unguentum hyoscyami, è floridis illius summitatibus cum butyro frixis, è quibus etiam cataplasmata ei tempore parantur.

Emplastrum de hyoscyamo vide supra pag. 40.

Papaver album vel *nigrum*.

Extractum immaturorum capitum saccharatum, præsertim pro infantibus, quibus tamen accise opiatorum doses tutò dantur, & in primis supra pag. 42. positus pulvis antiepilepticus, solitarius, aut pectorali sulphurato pag.31. descriptio sociatus.

Semen, pro oleo hinc exprimendo.

Papaveris erratici flos recens, pro extracto in vaporis balneo ritè parando & saccharo condiendo.

b. Epicerastica.

Passulae, non exacinatae, maiores ac minores, pro effentia melliformi simplici, vel adjecta caricarum parte, composita, in vaporis balneo paranda.

Glycyrrhyza radix, polychresta.

Extractum ejusdem melliforme, faccharatum.

Saccharum, in metis, etiam non adeo finum, remediis, præcipue liquidis, ad gratiam ex tempore addendum, spleneticis tamen compluribus, hystericis, dysentericis & infantibus epilepticis noxiun.

Pulvis erysipelatodes.

U. Ceruss. p.ii. vel iii. myrrh. p.i. farin. domest. cochl. aliquot, glycyrrb. pulv. q. s. M.

Amygdale dulces.

Oleum earundem, s. igne expressum, per se polychrestum intus & extus adhibitum.

Cucumerum ac Cucurbitarum semina, pro emulsionibus, additis competentibus, præsertim nitratis.

* *Tragacantha alba*, vel *Cydoniorum semen*.

Violarum flores, cum suis alabastris, recentes vel ritè siccati.

Effentia corundem, melliformis, citrè repetitas infusiones in vaporis balneo paranda & faccharo libera lius condienda levique negotio diluenda.

* *Decoculum pectorale*, è paucis quibusdam epicerasticis ex tempore parandum, cuius tamen loco pulmoniacis extracta traumatica, pectoralia & anodyna, invicem mixta, inter succenturiata præcipitantia magis convenient.

Linctus aut Mixtura leniens, temperans & incrassans, ex pectoralibus ac vulnerariis extractis cum aqua acaciae ex tempore componitur.

Morsuli pectorales & arteriaci, s. *Rotule*, ex iride, extracto glycyrrhyzae, tragacantho & faccharo confectæ.

c. Ano-

c. Anodyna Topicæ.

Malva cum toto.

Liliorum alborum oleum, è floribus recentibus per infusionem paratum, simplex, vel cum violarum, rofarum, fambuci, chamæmeli & verbasci floribus compositum.

Lini semen, vel magna residuum ex oleo ejusdem expresso.

Agnorum sebum, simplex, aut ex tempore pulveribus cosmeticis sociatum, *loco unguenti pomati*.

Oleum nucisæ pro fissuris.

Olivarum recentius.

* *Emplastrum* è malva mucilaginosum, *ad normam hyosciamini* confectum.

2. Animalia Anodyna.

* *Urinæ*, vel *salis ammoniaci spiritus urinosus* furores & inquietudines sine febre interdum felicius sopit, quam summa opiatorum dosis.

Mel quodvis bonæ notæ ad usus internos depuratum, &c., naturæ suæ intuitu interdum saccharo præferendum.

* *Melicratum* spirituosum, simplex & compositum, paratu facile.

Spiritus mellis acidulus, utpote parabilior, pro solutionibus quibusdam.

Lac humanum, asinimum, vel caprillum, verè phthisicos non constanter juvit, aut, citrà majorem sèpè putredinis intensionem, levavit, uti quidem è veneris, vel vinorum, præcipue tartaro crassiori turgentium, usum nimio marcentes vel tussientes, juvenes præsertim, sub circumspecta adhibitione nonnumquam restituit.



ROBORANTIA TEMPERATA.

ANALEPTICA REFRIGERANTIA.

1. Vegetabilia,

2. Refectoria acida.

Cerasa acida sicca, hordeatis æstuantium adjecta, per se, aut cum passulis cocta loco conditorum.

Eorundem recentium succus, immaceratis propriis nucleis alteratus, non tam solitarius, (nisi certas in compositiones, aut extemporaneas vini cum aquæ acaciae pauxillo mixturas seorsim placeat) quam succi tribum subquadruplo & berberum suboctuplo mixtus, post spontanæam subsidentiam in vaporis balneo ad tertias exhalatus, perdiu sic durabilis, ac dilutu cum aliis, dulcoratuque facilis.

Cerasorum nigrorum aqua destillata pro vehiculo.

Cydoniorum succus ad quartas exhalatus, In loco frigidiori sat durabilis, alijs in fermentationem proclivior est, & hinc cum saccharo rectius in syrapi consistentiam redigitur, facilique negotio per aquarum aromaticarum, elæosacchari diaromatici, vel essentiæ aliquujus competentis additamentum amplius exaltatur.

Citri, Limonumve aciditas, corticibus suis alterata, & cum ana sacchari in syrum condita, ac, si lu-

D bet,

bet, spiritus vitrioli particulâ intensâ, diu sic in loco paulò frigidiole durans.

* *Myrtillorum succus*, in consistentiam syrupalem inspissatus.

* *Mori succus*, post residentiam, absque saccharo ad tertias exhalatus.

* *Rubi idaei spontaneus succus*, ad tertiae partis remanentiam in syrum ferè inspissatus.

b. Temperata.

Rosæ odoriferae quævis, hortenses, aut illarum defectu, sylvestres.

* *Aqua earundem destillata*, quæ, pro usu ophthalmico è rosis minus fermentatis eliciatur.

* *Spiritus fermentatitus*, cum saccharo parabilior.

Conserua rosar. rubr. etiam ex tempore spiritu vitrioli alteranda.

Essentia, è rosarum infuso clarificato, per vaporis balneum facta & saccharata, in tinturam facile redigenda; mellique ex tempore confundenda. *Succo Chermes revera par*, ita ut competenti confortantium & fuscitantium adjectione, mixtura cuivis confectioni alchermes præferenda hinc confieri facile possit.

Pulvis hepaticus, potatorum, è rosis, coralliis & sanctalo rubro; essentia berberum aut vitriolaceis modicè saturatus.

Caryophyllorum hortensium flores cujuscunque coloris, rosis pro essentia intermiscendi, vel in vaporis balneo seorsim in essentiam cum saccharo redigendi.

Santalum rubrum verum, pro gregariis in decocto, & in dispositionibus phthisicis macilentorum, ac haemoptoicis, pro falsuginosioris seri attemperatione haud incongruum.

c. Antivenerea.

Extractum foliorum salicis, aut glomerum balaustinorum.

*Nitrum, Daemonium tamen hoc plerumque nec nive,
nec jejuniis elicetur.*

d. Venerem Stimulanta.

*Satyrorum radices succulentæ ac recentes pro effentia
melliformi cum spiritu vini (sequestrata superflua radi-
cum mucagine) paranda, & reficientibus aut stimulan-
tibus additamentis, si opus fuerit; amplius modifi-
canda.*

*Remedium venereum ex semine fraxini, erucæ, pipe-
re, sinapi, cœpis, cubebis &c. pro renata flatulen-
tioribus analepticis aromatizandum.*

z. Animalia.

Reficientia & Refrigerantia.

Cervina & Cancrina ex antediictis hunc trahenda.

*Spermatis ranarum aqua destillata, extus simplicem in
alterationis gradu aliquantum præcedens.*

3. Mineralia.

z. Roborantia.

* *Corallia rubra selectiora & pulverisata, inter con-
familia absorbentia ferè prima (lactentibus tamen erra-
ticè febricitantibus minus quadrantia) in hypochondriacorum
permultis vitiis planè polychresta sunt, si-
ve per se, sive cum cinnabarinis, martialibus anody-
nisque dentur.*

⁵² * *Magisterium* è coralliis , simplici aceto præcipitatis , aut succo berberum solutis , & per acidum quodam vitriolicum præcipitatis , eo modo , quo tinctum magisterium habetur .

Tinctura corallorum , cum spiritu mellis , aut acidulo vegetabilis cujusdam supradicti liquore simpliciter per digestionem parata .

b. *Refrigerantia interna temp.*

Chrystallus in pulvere , non reiculum humorum rodentium in primis viis attemperans & lactiferum .

Sacchari saturni loco fit cerussæ , minii vel lithargyrii solutio cum spiritu æruginis etiam in crystallos redigenda ad usus internos .

Magisterium saturni volatile , ac inter additamenta sua sublimabile paratur cum spiritu nitri vel aqua forti , ac præcipitatur , edulcoraturque muria .

